

Pietro Russo di Marsico

XXIII 120

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Pietro Russo di Marsico

XXIII 120

1136-07

In nomine domini nostri Iesu Christi. Anno incarnationis eiusdem millesimo centesimo tricesimo sexto, mense iulio, indictione quartadecima.

Ego Petro Russo de civitate Marsici clarefacio quoniam presentia nobiliorum hominum subscriptorum testium, bona mea voluntate optuli ac per fustem tradidi in manibus domno Ubo clerico, qui est custos hecclesie Beati Petri apostoli de Tramutula, recipiente cum eo abbate suo Rao milite qui dicitur Ienco, scilicet cunctum quantum habui at Tramutula predicta in terris et de castaneis et de nucibus et de omnibus aliis, ut habeat et possideat illos et suos posteriores cum trasitis et exitis earum et cum omnia inter se habent(ibus), possidendum sine contrarietate mea meorumque heredum ut Deus et Dominus noster habeat remedium anime mee meorumque defunturum parentum. Ita sane ut habeam ego predictis terris et castaneis et nucibus et omnibus superius dictis usque dum vibus fuero et refudiem. Et post obitus mei omnibus superius dictis ad predicta hecclesia et ad rectorem eius remaneat. Et guadium ei dedi, recipiente cum eo advocato suo predicto et mediatores eis posui Sico filius Maginolfo et Urso filius Freda ut iam nec ego nec mei heredes nequiramus aliquando tempore ut predicta offertio disrumpta aut retroata sit neque ad predicto domno Ubo neque ad suos posteriores, et si hec omnia superdicta adimplere noluerimus ut prelegitur vel per causationes cum eis exinde venerimus aut si defendere noluerimus de omnibus hominibus quam et a pars morgincap mee uxoris, obligo me et meos heredes dare eis vel suis successoribus solidos viginti aurei et in puplico similiter perinvisis taceamus, districtos ipsos mediatores, qui

licentiam tribuerunt pingnerandi se et illorum heredes per omnia pingnera illorum legitima et inlegitima sine cal(culo) et appello donec que prelegitur invite impleamus.

Et huc brebe offertionis scripsit Raynaldus notarius qui interfuisse se confitetur, mense et indictione prelatia. # Ego Riccardus iudex # Ego Guilielmus iudex filius Urso iudicis.